eidē venerabili domui inſertur.
¶ Si vero ptochia aut xenones:
aut noſocomia: aut relique vene
rabiles domus ſint propriaʒ ad-
miniſtrationē habentes ſiquideʒ
venerabilia oratoria eſſe cōtige-
rit cū voluntate maioris partis
ibideʒ ordinantium [a] clericorum
necnō ⁊ economi. ¶ Si vō xeno-
nes aut prochium: aut noſoco-
miuʒ: aut alia ſit venerabilis do-
mus/apud prepoſituʒ ipſius fieri
cōtractuʒ: iurantibus ordinato-
ribus earūdem [b] venerabiliū do-
moruʒ in preſentia deo amabilis
epiſcopi a quo ꝓponuntur aut or
dinant ꝙ nihil ad leſionem [c] aut
preſcriptionē ipſarum venerabi-
lium domorū de huiuſmodi con-
tractu efficitur. In venerabilib⁹
vero monaſterijs primates eorū
cū ampliore ⁊ maiore parte ibidē
deſeruientiū monachoꝝ contra-
ctū efficiant. In ꝑdictis vero om
nib⁹ iubemus inſcribi inſtrumē-
tum cū iureiurando: ꝙ non ad le-
ſioneʒ aut preſcriptionē earūdē [d]
res [e] agitur: hac vō obſeruatione
huiuſmodi precedēte releuatio-
nē nō amplius fieri a ſexta parte
redditus queʒ habet res [f] que in
emphyteoſim datur. ¶ Quecūqʒ
vero de lapſis domibus cōpeten
tibus venerabilibus domibus ꝙ
in regia ſunt poſite ciuitate ſupe
rius [g] diſpoſuimus: hec in his [h] ve
nerabilibus domibus valere ꝑci
pimus. Hoc etiaʒ ſuꝑ ipſis vene-
rabilibus domibus diffinire ꝑci
pimus: vt ſi qdam ex eis ſiue pro
publicis collationibus [i] ſiue pro
alia neceſſaria cauſa eiuſdem do-
mus debitis obnoxij [k] fiant: ⁊ nō
eſt poſſibile de rebus mobilibus
eadē perſolui debita: ⁊ primo q-
deʒ ordine in ſpeciali [l] pignore da
ri rem īmobilem creditori vt ei⁹
fructus colligens reputet ſibi tā
in ipſis debitis mutuis pecunijs
ꝙʒ in vſuris [m] nō amplius quarta
parte cēteſime [n]. Si vero nolue-
rit [o] iſto modo debitū tranſigere:
iubemus ꝑ eos quideʒ: qui a ſan-
ctiſſimo patriarcha ordinantur:
ſiue metropolite: ſiue alij epiſco-
pi ſint: ſiue archimandrite: ſiue
orphanotrophi: aut noſocomij:
aut xenodochij: aut aliaruʒ vene
rabilium domorum ordinatores
apud ſanctiſſimos patriarchas [p]
a quibus ordinantur aut prepo-
nuntur monumenta fieri: vt cum
iureiurando ordinatorum ⁊ con
ſenſu āplioris partis in eis [q] de-
ſeruientiuʒ debitum [r] manifeſta-
ri. ⁊ quia non eſt poſſibile [s] de re-
bus mobilib⁹ iſtud perſolui: eos
vero qui a metropolis ordinan-
tur/ſiue epiſcopi ſint: ſiue archi-
mandrite: ſiue orphanotrophi:
ſiue ptochotrophi: aut aliorū ve
nerabilium locoruʒ ordinatores
apud eos ſimiliter metropolitas
epiſcopos huiuſmodi monumen
ta conſcribi. ab illis vero epiſco-
pis q aut a patriarchis aut a me-
tropolitis epiſcopis ordinantur:
⁊ habent ſub propria iuriſditiōe
aut monaſteria: aut ptochia: aut
xenones: aut noſocomia: aut alias
venerabiles domos ſub ſimilem
modū fieri geſta: ita tamē vt ſiue
apud patriarchas ſiue apud me-
tropolitas [t]: ſiue apud epiſcopos
alios huiuſmodi geſta fiant: nul-
lum pro his diſpendium aut ex-
penſam venerabiles domos ſuſti
nere [v]. ¶ Propterea enim volu-
mus [x] decetero apud iudices ꝓuin
ciarum aut defenſores locorum
huiuſmodi monumenta a memo
ratis perſonis ſiue domibus agi:
vt nullum diſpendium ſentiant:
poſtꝙʒ vō iſta ſubſecuta fuerint
apud mēoratos ſanctiſſimos pa-
triarchas aut metropolitas aut
alios epiſcopos: tunc ꝑdicti ordi
natores debitricis domus vene-
rabilis in ſcriptis in publico ciui
tatis loco proponantur per. xx.
dies: ⁊ iſto modo hortent eos qui
emere voluerint īmobilem rē vt
qui plus ꝓbet alijs preponatur.
His vero omnibus procedenti-
bus venditionem fieri ꝑcio mo-
dis omnibus [y] ꝓ debito dando [z]:
vt nō aliter habeat emptor muni
tionē niſi preciuʒ pro ipſo debito
ꝑſoluatur: ⁊ hoc euidēter inſcri-
batur: ꝙ nihil ad leſionem aut ꝑ-
ſcriptionē eiuſdē venerabilis do
mus efficitur. ¶ Si vero ſm pre-
dictuʒ modū emptor huiuſmodi
rei nō inueniatur: iubemus credi
torem ex iure predictarum vene-
rabiliuʒ domorum qđ pro ſoluto
dicitur eandē accipere poſſeſſio-
nē iuſta ⁊ diſtricta eſtimatione fa
cta/⁊ addita ī ꝑcio decima [a] parte
vniuerſe eſtimatiōis in ipſa quā-
titate accipere rē creditoreʒ pro
ſolutione certo dominio poſſeſ-
ſurū: ita tamē vt ordinatores de-
bitricis venerabilis dom⁹ ⁊ am-
plior pars deſeruientium huiuſ-
modi venditionibus cōſentiant.
Quod autē prebetur in hoc [b] im-
mobilis res non per electioneʒ [c]
creditoris detur/ſed ſm equita-
tem: aliud quideʒ fructiferarum:
aliud vero poſſeſſionum ſteriliuʒ
eiuſdem venerabilis domus ⁊ in
redditu earū ⁊ in fiſcali ſolutione
⁊ relique ordinatiōis. ¶ Si vero
quis aut epo [d] aut economo aut
ordinatori cuiuſlibet venerabi-

a ¶ Ordinantium. i. ordi-
natorum: al's adorantiū:
id eſt ſeruientium. Acc.
b ¶ Earūdem. ſ. domoruʒ
venerabilium.
Utilitatis gra qdaʒ licēt q al's non. c ¶ Ad leſionem. No. aliq
permitti fieri ad vtilita-
tem que ad dānum non
permittūtur. vt hic. ⁊ ff.
de trāſac. l. cum hi. §. eaʒ.
⁊ inſti. de auc. tu. in prin.
⁊ ff. đ bo. auc. iu. poſ. l. ꝓ-
tor. §. meum. Accur.
d ¶ Earūdem. ſ. domoruʒ
venerabilium.
e ¶ Res agitur. id eſt con
tractus. Alb.
f ¶ Res. ſi hʒ mō taleʒ vel
maiorē redditū ꝙ tūc qñ
ad venerabilē domū de-
uenit al's ſi minorē parū
tunc tp̄s qđ venit cum ea
diminutione de qua hic
dicit: vt. ʂ. de nō alienan.
§. qa vero leonis. ſi vero
multū diminuta ſubſtan
tia eſt ob cladē: tūc ſerua
qđ đr. j. ꝑxi. §. ꝗcunqʒ ⁊c.
⁊. ʂ. eo. §. ſi vero. Et nota
ꝙ hic ſumit illa aut. ꝑpe-
tua ⁊c. vſqʒ illuc ſoluto
⁊c. reliqua ſumit. ʂ. de nō
alie. §. quia vero leonis.
⁊. §. ſi vero. Accur.
g ¶ Superius. vt. ʂ. eo. §.
ſi vero quedam.
h ¶ In his. i. in oīb⁹ alijs
per prouinciā cōſtitutis.
i ¶ Collatiōibus. ad que
tenent eccl'ie: vt. C. de ſa-
croſan. eccle. l. placet. ſed
hodie non per. l. federici
ad decorem. §. j. col. x.
k ¶ Obnoxij. al's obno-
xie. Accur.
l ¶ In ſpāli. olim tm̄ ge-
nerale ꝑmittebat: vt. ʂ. đ
nō alie. aut per. §. aliena-
tionis. ⁊. §. ſi em̄. que ſunt
cōtra. ſed hoc corrigitur
⁊ ꝑmittitur etiā ſpeciale.
m ¶ In vſuris. hoc eſt in
oī debitore et creditore:
vt. C. de pi. ac. l. j. ⁊ de di-
ſtrac. pig. l. j. ⁊ caue tibi:
qr lʒ hic ꝑmittat in ſorte:
pōt tñ pri⁹ in vſuris ꝑci-
pere creditor: vt. C. đ ſol.
Ordo ſcripture quā doqʒ non ſeruatur. l. j. ⁊ ſic nō ſeruatur ordo
ſcripture: vt inſtitu. de le
ga. §. ante heredis. vl' dic
ſpāle in eccl'ia: vt hic.
n ¶ Centeſime. centeſima
đr que anno ſorti equipa
ratur qſi rotūda vt cente
nari⁹ numerus eſt rotū-
dus ⁊ hoc raro ꝑmittit.
quarta ergo. đr: que qua-
tuor annis equiparat: et
ſic ſi bñ cōputes facit. v.
denarios pro qualibet li
bra ⁊ quolibet menſe.
o ¶ Si vero noluerit. ſcilʒ
creditor nō vult hmōi pi
gn⁹ ſic accipere. Accur.
p ¶ Patriarchas. ⁊ ſic q-
libet apud ſuum ordina-
torem: vt hic. ⁊. j. ibi per
eos vero ⁊c. in caſu tamē
fallit. ſ. cum archiepiſco-
pus vendit. nā de ſua ſy-
nodo duo debēt interue
nire epiſcopi: vt. ʂ. vt nul
lus fabri. orato. do. §. ſi.
q ¶ In eis. Nota duo et
maiorē partē ⁊ deſeruiē-
tiū. maior aūt pars attē- Maior pars quādo dicat.
ditur. primo in numero.
ſecundo in dignitate: vt
ff. de pac. l. maiorē. deſer-
uientiū autē ideo: quia ſi
q monachi ſint de eodem
monaſterio nō tamē ibi
deſeruiūt: ſed in ſuis cel-
lulis ſtant: nō exigit con
ſenſus eoꝝ. Itē neqʒ ab-
ſentiū: opʒ tñ eſſe preſen-
tes duas partes oīuʒ or-
dinatorū: vt. ff. de decre.
ab ordi. fa. l. ij. et. ff. quod
cuiuſ. vni. l. nulli. ⁊. l. pla-
ne. ⁊ maior pars illarum
duaꝝ partiū dʒ ꝯſentire:
vt. C. de decur. l. noīatio-
nū. ⁊ de ꝑdi. cu. l. ij. lib. x.
r ¶ Debitū. ſcʒ per eos. vt
ʂ. poſuit. Sed quid ſi ne-
ſciunt: qr nouiter fuit ele
ctus. ⁊ ſic non interfuit:
qr paruʒ eſt ꝙ fuit elect⁹?
Rñ. nō cōpellitur periu-
rare. ar. ff. de in lit. iur. l.
videamus. ſed forte iura
bit economus vel alius q
ibi maior ſit: vt arg. ʂ. eo.
§. licentiam. in fi. §.
s ¶ Poſſibile. i. commo-
de. vt arg. ff. de vbo. ſig. l.
nepos proculo.
t ¶ Metropolitas. id eſt
archiepos. Accur.
v ¶ Suſtinere. ſ. debeant
ſic nihil dabitur tabellio
ni: vt. C. de epi. audi. l. tā
dementis. Accur.
x ¶ Uolumus. al's nō vo-
lumus. Accur.
y ¶ Oībus. fieri. ʂ. de non
ali. aut per. cōtra. §. nos
igitur. Sol. ibi regulare.
hic ſpecialiter ꝑmittit.
z ¶ Dando. emptor enim
ſoluet creditori: vt. ff. de
rebus eo. qui ſub tute. l.
magis. §. ne tamen. ⁊. ʂ.
de eccle. re. īmo. ali. §. ſan
cimus. Accur.
a ¶ Decima. ſcʒ ſi res va-
leat. x. det pro. xj. Alij ſi
valet. xj. det pro. x. ſʒ tunc
nō decima: ſʒ nona adde
retur. Azo. Alij vt ſi res
valeat decē: det ꝓ noueʒ:
qr cū in vno grauet ꝙ ac
cipit eā inuitus in alio re-
leuet. argu. ʂ. de trien. §.
ſtudiū. coll'. iij. Sed ꝑma
verior eſt: vt arg. j. de ecc.
ti. §. ſin autē annale. Acc.
b ¶ In hoc. ſ. in ſolutiōe.
c ¶ Per electionem. im-
mo ad electionē credito-
ris: vt. ʂ. de fideiuſ. §. qđ
aūt. q eſt. ʒ. Sol. ibi credi
tor ꝑcioſi⁹ metallū. ſ. au- Auruʒ eſt ꝑcioſi⁹ metallum.
rū mutuauerat. vñ ī reb⁹
ꝑcioſiorib⁹ ſolutioneʒ dʒ
recipere. vel hoc ſpāle in
eccleſia qđ eſt verius.
d ¶ Aut epo. nec ſufficit
ꝙ is q accipit ſolit⁹ erat
in vtilitatem eccleſie ver
tere: vt. ff. de in rem ver. l.
qđ ſi. §. qđ tamen.
Crediderit.

UNIVERSIDAD DE HUELVA 2010

lis domꝰ ſiue ī regia ciuitate ſiue in prouincijs cōſtitute pecunias credidit: aut poſt hac crediderit[a]. Jubemꝰ neqȝ eis[b] hoc reputari ꝓ venerabili domo: niſi ꝑmitus oſtenderit ꝙ in vtilitates ꝑdicte venerabilis domꝰ iſta ꝓfecerūt: neqȝ ipſum creditorez aut heredes eius cōtra venerabilem domum habere aliquaz pro ipſis actionem: niſi mōſtrauerint ꝙ in vtilitatibus venerabilis domus cōpetētibus pecunie ꝓfecerunt[c]: ſed contra mutuas accipiētes pecunias: aut heredes[d] eius ꝓprias moueant actiones.

☞ Oēs eccľie excepta maiore ꝯſtātinopolitana ⁊ venerabilibꝰ locis eis ſubiectꝭ ꝑmutare adinuicē pñt vtriuſqȝ eccľie idēnitate ſeruata: ea vō q̄ ab imꝑiali domo ꝓceſſerunt nullo mō alienari pñt nec etiā monaſteria. ꝑdiū aūt inutile ꝓpter onus tributoꝝ fiſcaliū alienari ꝑmittit̄ excepta maiore eccľia ⁊ exceptis economis ⁊ propinqs qbꝰ acqrere eſt ꝓhibitū. h. d. Bar.

¶ Hec vero iubemꝰ vt excepta ſctiſſima maiore eccleſia regie ciuitatis ⁊ venerabilibꝰ orphanotrophis xenonibus / ⁊ ptochijs / que ſunt in regia ciuitate ſub eiꝰ cōſtitutis ordinatione: licentiam eſſe oībus ſctiſſimis eccleſijs ⁊ venerabilibus domibus: necnon ⁊ monaſterijs tā in hac regia ciuitate / q̄ȝ in diuerſis ꝓuincijs conſtitutis: permutationes adinuicē facere[e]: qñ vtriqȝ venerabili domui ſeruat̄ indēnitas: cōſentiētibus in ſcriptis aut ꝑ depoſitiōes hmōi cōtractui nō ſolū ordinatoribꝰ vtriuſqȝ venerabilis domꝰ: ſȝ etiā ampliore parte ī eis deſeruiētiuȝ. ¶ Ea vō que ab imperiali domo in quālibet venerabilez domū ꝑuenerunt aut poſtea peruenerint nullo modo vēdi: aut pignori ſupponi: aut ꝑmutari: aut om̄ino alienari cōcedimus[f] neqȝ ſi ad alteras venerabiles domos tale aliqd egerint. ¶ Et quoniaȝ cognouimus ab aliqbꝰ fieri alienationes monaſterioꝝ vt hec a ſacra figura in priuatoꝝ ꝯuerſatiōe tráſferantur: ⁊ hoc oībus modis prohibemus. Si vero tale aliqd factum deprehendatur: licentiaȝ prebemꝰ ſanctiſſimo loci epiſcopo hoc monaſterijs vendicare[g] ⁊ in antiquam figuram reducere.

¶ Si vō quis de ꝑdictis venerabilibus domibꝰ que in hac regia ciuitate ſiue in alijs ꝓuincijs ſunt (excepta ſctiſſima maiore eccleſia regie ciuitatis) prediū habeat plurimis fiſcalibus tributis grauatuȝ[h] ex quo nullus inferat redditus venerabili domui: licentiā prebemus eiuſdē venerabilis domus ordinatoribus tale prediuȝ alienare q̄libet modo voluerint ad perfectā ſecuritatē eiuſdeȝ venerabilis domꝰ geſtis monumētoꝝ: videlȝ in huiuſmodi alienatione cōficiendis ab illis a quibꝰ ordinatores talium locoꝝ preponuntur ſiue ordinātur: ⁊ iurantibus in ſanctis ſcripturis[i] preſente[k] eiuſdeȝ venerabilis domus ⁊ ampliore parte in ea deſeruiētiū ꝙ neqȝ[l] per proditionē / neqȝ per gratiaȝ / aut quālibet[m] ꝑſcriptionez alienatio fiat / ſed vt ſeruetur immunitas[n] eidē venerabili domui. economis vero ⁊ ordinatoribus clericoꝝ ⁊ chartularijs vbicūqȝ venerabilium domoꝝ cōſtitutarum / aut parentibus eoꝝ ⁊ filijs ⁊ quibus ſꝫm genus aut ſꝫm matrimonij iura eis coniungunt̄ locationes / aut emphyteoſis aut emptiones ⁊ hypothecas rerum īmobilium ipſis venerabilibꝰ domibus cōpetentibus ſubire: aut per ſe aut per interpoſitā perſonam[o] ſꝫm ꝙ ⁊ his qui in regia ciuitate ſunt prohibemus[p].

☞ Si conductor vel emphyteota rem acceptā deteriorem fecerit: vel canoneȝ ꝑ biēnium non ſoluerit: poteſt reijci de re ⁊ dānum ⁊ penſionē ſoluere cogendus eſt: nulla actione pro melioratione cōpetente. eccleſia autem repellere nolēte exigere poteſt quod ei debetur. h. d. Bar.

¶ Si vero qs † locator aut emphyteota cuiꝰ[q] rei cōpetētis aut ſctiſſime maiori eccleſie aut alteri venerabili domui in quolibet loco noſtre reipubli. ꝯſtitute: aut deteriorem faciat rem quā quidē aut accepit: aut poſt hoc acceperit: aut per biēnium[r] non intulerit qđ ab eo ꝓmiſſum eſt emphyteoticum aut locationis canoneȝ damus licentiam venerabili domui ex qua locatio aut ēphyteoſis facta eſt / ⁊ que debent̄ ſolo ꝓcedēte[s] tempore ⁊ antiquū ſtatū locate ſiue emphyteotice rei exi-

† Cōcor. cū hoc. §. c. vl. cū ſuis ī gl. extra de loca. ⁊ cōduc.

a Crediderit. ſcilicet aliquis creditor in preterito vel in futuro credet: vt ſubijcit.

b Neqȝ eis. ſcȝ creditoribus. Accur.

Mutuās eccľie ī eiꝰ vtilitateȝ verſuȝ ꝓbare dȝ.

c Profecerūt. No. credentē eccleſie debere probare in vtilitatē eccľie conuerſum vt hic. ſic ⁊ credentem minori: vt. C. ſi aduer. credi. l. j. ſic ⁊ agēs de in rem ver. vt. ff. de in rem ver. l. iij. §. ſȝ ⁊ ſi. ſed agens exercitoria ſufficit ſi ꝓbat naueȝ indigere eo tēpore quo mutuat: vt. ff. de exerci. l. fi. ⁊ intellige vſum ſiue a ꝑncipio vertit alendo familiam vel ſoluendo creditori. vt. ff. de in rem ver. l. j. ⁊ ij. §. j. ſiue ex poſtfacto: vt. ff. ad macedo. l. ſȝ iulianus. §. ꝓinde. ⁊ §. ⁊ ſi ab initio. Sed qd ſi ſolitus erat hic ꝑlatus vertere in vtilitatem eccleſie ⁊ diligens eſſe: Videtur ꝙ hic ꝑſumitur vertiſſe. arg. ff. de ꝓba. cū de indebito. §. j. ⁊ ff. de re mili. l. nō omnes. §. a barbaris. Sed dico contra. vt hic. ⁊ argu. ff. de in rem ver. l. iij. §. ſed ⁊ ſi. in fine. §. Itē no. hic factuȝ perſone in dānum eccleſie nō redundare. hoc tamen fallit in tribus caſibus. Primus eſt de hereditate heretici: vt. ſ. vt cum de ap. co. §. ſi vō liberi. Secundus eſt in hereditate raptoris: vt. j. de ſan. epiſco. §. peñ. Tertius eſt in naue extructa ꝯtra felicem embolam: vt. C. de ſacroſan. ecc. l. iubemus. ⁊ hec ſunt cōtra. huic. ſed certe non ꝯtrahendo ſed delinquēdo illud euenit. Item qd ſi mutuauerit pecu. toti capitulo: adhuc dico habere locuȝ quod hic dicit vt melius debeat probare: lȝ quidam dicant contra. ſed Azo dicit probari poſſe ꝑ ꝑſumptioneȝ ꝑ l. fi. ff. de exercito. vľ quia ſit diligens ꝑ l. ff. de ꝓba. cū de indebito. §. j. vel qa oībus ſimul ſit data ꝑ l. C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus. ſed illa in delicto loquitur: vt ibi dixi. preterea hec lr̄a vult ſubtiliter ꝓbari ſicut in reȝ ver. vt dixi per. l. ff. de in rem ver. l. iij. §. ſed ſi ſic.

Perſone factum in dānum eccleſie non redūdat.

d Aut heredes. vt. ſ. de nō alie. §. economū. colľ. iij. ⁊ argu. ff. ſi cer. peta. l. ciuitas.

e Facere. ꝑmutat ergo cum eccleſia vel cum alio venerabili loco vt hic. et ſ. cōſtitu. q̄ ex aſcri. §. fin. col. v. Item cū principe. vt. ſ. de nō ali. §. ſinimꝰ. ⁊ ſ. vt dece. nō fi. ꝑi. §. j.

Eccleſia ī quinqȝ caſibus alienare non poteſt.

f Cōcedimus. Hic not. quinqȝ caſus in quibus eccľia nullo mō alienat. Primus quādo a principe res data eſt: vt hic. Secūdus qñ ipm monaſteriū vel eccleſia alienat̄: vt. j. ꝓxi. §. Tertius quādo ipſemet emeret vel cognato venderet: vt. j. eo. §. economus. Quartus quando ſub hac cōditiōe eccleſie res data eſt ne alienetur: vt. j. eo. §. ſanctiſſimas. Quintus eſt: qr heretico nō alienat: vt. j. de eccleſiaſticis. ti. §. iubemꝰ. His enim caſibus ꝓhibetur alienatio etiam ſi tali modo fieret in quo alľs permitteretur. permittitur aūt alienatio in ſex caſibus: quod dic vt. ſ. de non alie. §. nos igitur. in fine.

g Vendicare. Quomodo vendicatur eccleſiaſtica ſicut hic dicit. ⁊ C. de ſacroſan. eccle. l. ſancimus. ⁊ l. iubemus. §. ſane. in fine. §. ⁊ maxime ipm monaſterium: vt hic dicit. ⁊ ſ. de nō alie. §. qa vero cognouimus. cum vendicatio dño detur. ⁊ ideo cū in talibus dominiū quis non habeat ceſſare debeat vēdicatio: vt ff. de rei vēdica. l. in rem. §. loca. que eſt cōtra: Rñ. vendicatur vtili nō directa. vel dic non quaſi ſua vēdicat ſed quaſi eccľie ⁊ eius nomine: vt et tutor nomine pupilli.

h Grauatū. Sed h q̄ritur nonne tributa ꝓpter ſterilitatem minuuntur: vt. C. de allu. l. ij: Reſpō. ꝓpter preterita tributa non ſoluta dicitur inutile. nam a poſſeſſore ſemp petuntur: vt. ff. de publica. l. imperator.

i Scripturis. ſcȝ ſupra ſancta euangelia.

k Preſente. ſcilicet epiſcopo. Alb. vel alio prelato vendente.

l Qđ neqȝ. nūc computat ſacramentum.

m Quālibet. ſ. pecunia accepta.

n Immunitas. ideſt indēnitas.

o Per interpoſitā perſonam. Not. non admittuntur iſti vt quilibet vt ⁊ iudex de officio ſuo: vt ff. de cōtrahen. emp. non licet. ⁊ tutor de tutela. vt ff. de aucto. tutoruȝ. l. pupillus. ⁊ de re. eo. q̄uis. ⁊ creditor ⁊ emptor in emptione pignorum: vt. C. de diſtractio. pigno. l. q ſub imagine. nec fideiuſſor: vt. C. de do. l. j. ſed videt̄ ꝙ clerici poſſunt accipere: vt. j. de ſanctiſ. epiſco. §. ſi autem. Solu. ibi de clericis ſubditis. hic de prelatis.

p Prohibemus. ſcȝ ſic prohibuimꝰ de rebus eccleſie regie ciuitatis: vt ſ. eo. §. emphyteoſis. ita ī alijs ciuitatibus. Accur.

q Cuius. id eſt alicuiꝰ.

r Per biennium. Not. hic ī emphyteoſi eccleſie vel conductore biēnium vt hic: in emphyteoſi priuati triennium: vt. C. de iure emphyteo. l. ij. in colono priuati biēnium: vt ff. locati. l. quero. §. inter. Sed quid ſi eccleſia habeat: Rñ. ſeruabo qđ hic dicit arg. C. de fructibus ⁊ lit. ex. l. fina.

s Procedente. Hoc iđ quia ꝯtractus a prin. ſꝫm legem eſt initus: alioquin etiaȝ pro futuro tempore ſoluit: vt. ſ. de nō alie. re. ec. §. ſi vero quiſpiam. col. ij. Azo. que eſt contra. ⁊ j. eodem. §. ſi vero emphyteoſis. que eſt contra. ⁊ ſic eo caſu locupletaretur eccleſia cum aliena iactura: ſed ſibi imputaret cum quis ſua culpa dānum ſentiret ⁊c. vt. ff. de regu. iur. qđ quis.



UNIVERSIDAD DE HU

gi et eijci de emphyteoſi ſiue de locatione non valente de emponematis actionem aliquam contra venerabiles domos mouere. ¶ Si vō noluerint p̄dicti ordinatores expellere eū: exigi qdē euʒ precipimus qui ꝓ locatione ſiue emphyteoſi debere cognoſcitur vſqꝫ ad diffinitū tempus cōpletū ſibi datā rem tenere cū ⁊ que placita ſunt dare[a]. Si vō refugiat: licentiā prebemuſ prepoſitis eorundem venerabilium locorum indēnitatē venerabilibus domibus de eiuſdeʒ rebus fieri nō valente neqꝫ hic de emponematis[b] aliquid pretendere.

☞ Immobiles res ecclīe pn̄t alienari ꝓ redēptiōe captiuoꝝ: niſi eaꝝ alienatio ecclīe fuerit exp̄ſſe iterdicta. Itē hieroſolymorū eccleſia res imobiles alienare legitime poteſt precio ſtatuto. h. d. Bar.

¶ Sanctiſſimas vō ecclīas oēs ſeu economos ciuitatum[c] precipimus alienare res imobiles ꝓ captiuoruʒ redēptione: niſi ſub hac conditiōe poſſeſſiones aliqui eis dederint vt nullo modo has alienent[d]. hoc autem concedimus vt hieroſolymorū ſanctiſſima eccleſia licentiaʒ habeat domos cōpetentes ei non poſitas in eadē ſancta ciuitate vēdere/ nō minori p̄cio q̄ꝫ de penſionibꝰ eius in quinquaginta[e] ānis colligiť: vt ex earū p̄cio redditus meliores emāt. ¶ Si vō quidaʒ cuilibet venerabili domui ſiue in hac regia ciuitate ſiue ī ꝓuincijs poſite ſteriles poſſeſſiones donauerint aut vēdiderint aut alio modo ꝯceſſerint[f] aut dereliquerint[g]. Iubemus ꝓ talibus rebus nullam leſioneʒ ſuſtinere venerabileʒ domū in quā huiuſmodi poſſeſſiones ꝑuenerūt aut fiſcaliū nomine[h] aut alterius cuiuſlibet cauſe gratia pregrauari: ſed omne hmōi onus in dantes ⁊ eoruʒ heredes recurrere neceſſitateʒ habētibus recipere datas huiuſmodi poſſeſſiōes: ⁊ reſtituere de ꝓpria facultate venerabili domui omne dānuʒ qd̄ ex huiuſmodi occaſione ei ꝯtigerit. ſi vero ⁊ talis dolus in re ſubſecutus eſt vt alique pecunie ꝓ hoc venerabili domui dareń ⁊ eas iubemus in ꝓpriū lucrū venerabilē domū habere. Steriles vero res ei qui dedit ⁊ heredibꝰ eius oīno reſtitui ad hoc iubemꝰ: vt nulla neceſſitas ſctiſſimis eccleſijs vel alijs venerabilibus locis taʒ in regia ciuitate q̄ꝫ in omnibus reipubli. noſtre ꝓuincijs poſitis inferanť. poſſeſſiones ſteriles aut frugiferas vbilibet conſtitutas emere: vt nō inueniantur per hanc occaſionem ⁊ quas habent ꝑdere: aut debitis obnoxiare. ¶ Si vero quis voluerit rem imobilem nomine vſus accipere ab aliqua predictarum venerabilium domorum (ſm ꝙ ſuperius de venerabilibꝰ domibꝰ que in regia ciuitate ſunt poſite diſpoſuimus[i]) nō aliter hoc accipiat niſi aliam mox rem dominij iure preſtiterit venerabili domui a qua eandem rem acceperit: tantū habētem redditum/ quātum habet res que ei dať: ⁊ non maioribus tributis grauatā: quatenus poſt eius tranſitum aut tempus in quo datio vſus eſt placita/ nō tranſcendens: ſcilʒ eius qui acceperit vite tēpus vtrāqꝫ rem integro iure ⁊ ſm dominiū ⁊ ſm vſum in ipſam venerabilem domū peruenire: ⁊ hoc qdem de imobilibus rebus iubemus. ¶ De ſacris † auteʒ vaſis cōpetentibus ſanctiſſime maiori eccleſie regie ciuitatis aut alijs venerabilibus oratorij domibꝰ in qualicūqꝫ loco noſtre reipublice poſitis generaliter cōſtituimus: vt nō aliter hec vendantur aut ſupponātur niſi pro captiuorum redemptione[k]. ¶ Si vero ſunt plura vaſa in aliqua memoratarum venerabilium domorum nullū neceſſariuʒ vſum facientia: ⁊ contigerit huiuſmodi venerabilem locū debitis aggrauari/ ⁊ non ſint alie manifeſte res de quibus debeant debita reddi: licentiam ei damus geſtis monumentorum (ſicuti ſuperius dictum eſt) conſtitutis predicta ſuperflua vaſa aut alijs venerabilibus locis neceſſaria nō habentibus vendere aut conſtare[l] ⁊ ſimiliter vendere: ⁊ eorum precium in debitum prebere vt nō immobiles res alienentur.

☞ Contrahentes cum eccleſia contra vel preter formam huius conſtitutionis pena hic inſerta puniuntur: ⁊ etiam tabellio qui talia cōtractuum inſtrumenta conſcripſerit. Bar.

¶ Si vero preter hec que inſerta ſunt preſenti legi cōtractus fiat ſuper cōpetentibus rebus mobilibꝰ ⁊ imobilibus vni memoratarum venerabiliuʒ domoꝝ: reddi quidē eidem[m] ſanctiſſime eccleſie ſiue venerabili domui rem ſuper quam tale[n] aliquid ſubſecutum eſt/ cuʒ medij temporis fructibus: maneat autem apud eaʒ ⁊ precium aut antidotum: aut qd̄ pro permutatione: aut alia qualibet occaſione datuʒ eſt ei. Si vero emphyteoſis agatur preter hec que diſpoſita ſunt a nobis: reddi ſanctiſſime eccleſie ſiue venerabilibus domibus vel locis eandē reʒ iubemus: ⁊ emphyteoticam ſm ꝙ placitū eſt dare ⁊ pactum finiri ſm virtutē emphyteoticalium inſtrumentorum. ¶ Si vero donetur res eccleſiaſtica aut alterius venerabilis domus: ⁊ hanc reddi ſanctiſſime maiori eccleſie aut alijs venerabilibus domibus cum medij temporis fructibus ⁊ tantum aliud quātum valebat ipſa res. Si vero hypothece contra hoc detur: creditor qd̄ ei debetur perdat: ⁊ res venerabili loco reddatur tabellionibus preſumentibꝰ preter hanc noſtrā legem talibus miniſtrare inſtrumentis perpetuo exilio condemnandis.

¶ Si vero aliquid ante hanc noſtrā legem ſm antiquas conſtitutiōes factum eſt: hoc iubemus omnibus modis propriam virtutē habere. Omnia vero que contra antiquas leges facta ſunt reuocari ſancimus: ⁊ res que contra virtutem earū data eſt venerabilibus domibus reddatur: ⁊ decetero ſm preſentem legē omnia fieri diſponimus: vacātibus preter hec alijs omnibus cōſtitutionibus que ſuper talibus caſibus dudum loquebantur[o].

¶ Eminentia igitur tua que per preſenteʒ legem in perpetuum valituram noſtra ſanxit tranquillitas: incōuulſa obſeruare feſtinet: edicto in ſolēnibus ⁊ legitimis locis per decem dies propoſito ⁊ nullo pro tali occaſione in prouincijs deſtinando. nos enim prouidemus qualimodo ſine collatorum leſione omnibus preſens noſtra generalis conſtitutio manifeſta fiat.

## ¶ Ut iudices nō expectent ſacras iuſſiones: ſed que videntur eis decernant. Titulus. iiij.

☞ Iudices vt exonerent ſe ⁊ ratione odij euitandi relationē apud principē facere non debent: ſed ipſi per ſe debent ſm iuſtitiaʒ pronun-

Quoniam.

a ¶ Dare. compellitur reconducere vel tenere cōductionem. ſic. ff. de pu. ⁊ vec. l. cotem. §. fina. argu. contra. in eo. titu. de publica. l. locatio. §. j. et de iu. fiſ. l. iij. §. cuʒ quinquēnium. Accur.

b ¶ De emponematis. i. de meliorationibus. Et ſic not. ꝙ ſi deijcitur propter non ſolutam penſionem nihil obijcit de huiuſmodi meliorationibꝰ. ſecꝰ in colono ꝓuati hoc eodem caſu: vt. ff. loca. l. colonus. que eſt contra. Accurſius.

c ¶ Ciuitatum. id eſt eccleſiarum que ſunt in ſingulis ciuitatibus. et eſt ad hunc. §. C. de ſacroſanc. eccle. ſancimus. in fin. vbi dicit ꝙ aīe hominum ⁊c.

d ¶ Alienēt. quod pactuʒ eſt ſeruanduʒ: vt. C. de re. alie. non ali. l. fi. ⁊ de pac. inter emp. l. fi. ⁊. ſ. vt ſpō. larg. §. fi.

e ¶ Quinquaginta. ſic et alr̄s preciū ex redditu cōſtituitur: vt. j. de ecc. ti. §. ſi autem annale. et. ſ. e. §. qd̄ autem prebetur.

f ¶ Conceſſerint. ſcʒ inter viuos.

g ¶ Dereliquerint. in vltima voluntate. ⁊ hoc declarat verbū relinquere. vt. ff. de ta. exhi. l. j. in fi.

h ¶ Noīe. non futuri tp̄is noīe: qꝛ nō pōt cogi amplius p̄ſtare q̄ꝫ ꝑcipiat: vt C. de allu. l. ij. ⁊ ſic nulluʒ eſſet priuilegium: ſed preteriti cuius noīe poſſeſſores teneńť: vt. ff. ð publi. l. imperator. ⁊ concordat ad hūc. §. ſ. de non ali. §. ſicut aūt. in fi. titu. col. ij.

i ¶ Diſpoſuimus. vt. ſ. e. §. ſi vero aliquis.

k ¶ Redēptione. hoc aūt idē erat iam cōſtitutum: vt. C. de ſacroſanc. eccle. l. ſancimus. ⁊. ſ. de nō alie. §. hiſdem.

l ¶ Conflare. id eſt cōfringere ⁊ ſic vendere qd̄ ſequitur. ſ. cuicūqꝫ.

m ¶ Eidem. ⁊ ſic hoc caſu ⁊ ſequentibus lucrať cuʒ aliena iactura: ⁊ ſic eſt cōtra. ff. de condi. indebi. l. nam natura. Solu. eccleſia nō iniuria: ſed iure fit locupletior: quia emphyteote ſuo pōt obijci culpa: vt. ff. de regu. iur. qd̄ quis ex culpa. ⁊ dixi. ſ. e. §. ſi vero quis. ⁊ concordat huic ⁊ ſequē. §. quod eſt. ſ. de non alie. §. quia vero leonis. cū ſeq. ⁊ que ibi diximus hic poſſunt repeti.

n ¶ Tale. ſ. illicitum.

o ¶ Loquebantur. ſcilicet ſi contra legem iſtam loquantur.

¶ Ut iudices non expectent ⁊c.

† Ex ħ 44 ſumpta autē. q̄ eſt ſup l. ſancimus nemini licere. C. de ſac. ſan. ec. ⁊ incipit ꝑterea ſi habet.

UNIVERSIDAD DE HUELVA 2010

a QUoniam. trāquillitatez. vt ſe exonerēt niſi per defectū iuriſditionis: vt. ff. de offi. procon. ⁊ lega. l. ſolent. ⁊ l. ſi quid. ⁊. C. de fal. l. vbi. vel niſi ꝓ dubitatiōe iuris: vt. ff. de iudi. l. j. §. fin. ⁊ nō facti: vt ibi dixi p. l. ff. de iudi. l. eum qui.

b ¶ Examinationis. quia oporteret ꝙ pnceps per ſe vel per alium a capite videret.

Maioꝛ numerus trāſcēdit minoꝛem. c ¶ Sniam. Not. ꝙ qlibet dꝫ iudicare ⁊ pluriū ſnia tenet ſi ſunt īpares: vt. ff. de re iudi. l. duo ex trib⁹. ⁊ de arbi. l. itez ſi vnus. ſi v̄o pares in cā liberali ꝓ libertate. in alijs aūt pro reo valet: vt. ff. de re iud. l. inter pares. ⁊. l. pomponius. ⁊ h̄ in ordinarijs in delegatis parib⁹ expectatur declaratio delegātis. vt. ff. de re iu. l. duo. Acc.

d ¶ Ut litigantes ⁊c. Hic debet eſſe vt iudices non expectēt ſacras iuſſiōes.

e ¶ Jurent. hec prima ps expeditur. j. eod. vſqꝫ ad §. ⁊ hoc.

f ¶ De ſpoꝛtulis. Hec ſecunda expeditur. j. eo. §. ⁊ hoc quoqꝫ.

g ¶ Et vt que. hec expeditur. j. e. §. quia vero. vſqꝫ ad finem.

b PResentē. Suffragium. id eſt pecunia ꝓ ſuffragio data. Accurſius.

i ¶ Lites. pꝛincipales.

Juraꝛ de calūnia in cā appellationis. k ¶ Appellationes. ſic ergo iuratur de calūnia in cā appellatōis: ⁊ ſic eſt in alia cā: Rn̄. eſt alia cā ſed qꝺ dicit iuraꝛ: intellige ſi pꝛimo nō fuit iuratū al's non: vt. s̄. de his q ingre. ad ap. §. ſi. ⁊ iuraꝛ iō tūc qn̄ non fuit pᵐo iuratū: quia et ꝓbatio calūnioſe poſſet dari cū partib⁹ de nouo ꝓbatiōes inducere permittaꝛ: vt. C. de ap. l. eos. §. ſi qs. ⁊ de tēp. ap. l. p banc. Sed quo ad hūc articulū ꝙ nihil dabit iudici: dico ꝙ iuret lꝫ iurauerit pꝛius cū alius ſit iudex: vt. C. de appel. l. eos.

l ¶ Foꝛte. vt ſūt heredes: vel foꝛte ꝓcuratoꝛes. al's ſcꝫ in rem ſuā: al's de calūnia non iurant: qꝺ plene dicit. C. de iura. calū. l. ij. §. finautem.

m ¶ Perſonis. vt executoꝛibus ſpoꝛtule.

n ¶ Quibus. al's que.

o ¶ Conſultatiōes. id eſt lites. Accur.

p ¶ Ad iudices venire. ꝓpter iſirmitatem: lꝫ ſit in ciuitate: vt differat a. §. ſi autem abeſſe.

q ¶ Suſcipere ſacramenta. foꝛſitā ſi hoc iudex ꝓ ciare: ⁊ ſi fuerint duo vel plures iudices ⁊ diſcoꝛdant: omnes ſuā debent ferre ſententiam. h. d. Barto.

Idem Augu. Gabrieli pꝛe. pꝛe.

QUoniam quidaꝫ iudicātium poſt multa litis certamina ⁊ plurima a litigantibus facta diſpendia in negocijs apud eos motis ſuggeſtionib⁹ vtunꝛ ad nr̄am tranqllitatez [a] ꝓ̄ſenti generali lege hoc ꝓſpeximus emendare: ne dilationes negocijs ex hoc fiant ⁊ aliud [b] rurſus pꝛincipiū examinatiōis accipiāt. ¶ Jubemus igitur nulli iudicantium quolibet modo vel tēpoꝛe pꝛo cauſis apud ſe ꝓpoſitis nūciare ad nr̄am tranqllitatem: ſed examinare perfecte cām: ⁊ qꝺ eis iuſtum legitimūqꝫ videꝛ decernere: ⁊ ſi qdem partes ceſſauerint in his q̄ decreta ſunt: executioni tradi ſnīam [c] ſm̄ legū virtutem. Si aūt aliquis putauerit ex ꝓlata nouiſſima ſnīa ſe leſum/ appellatione vtaꝛ legitima: ⁊ hoc ſm̄ oꝛdinē legib⁹ diffinitū examinetur/ ⁊ perfectū ſuſcipiat terminum. Si autē duo vel ampli⁹ fuerint cognitoꝛes litis ⁊ aliqua īter eos emergat diſſonātia: etiam ſic iubem⁹ vnūquēqꝫ eoꝝ ſm̄ qꝺ videtur ei dare ſuā ſnīam. Que igiꝛ per p̄ſentē legē in perpetuū valitura nr̄a tranqllitas diffiniuit: tam tua celſitudo/ qꝫ oēs alij iudices maioꝛes ⁊ minoꝛes cuſtodire eſtinent: vt nullus penitus ignoret que pꝛo vtilitate noſtroꝝ collatoꝝ a nobis diſpoſita ſunt. Jta tamen vt vniuerſis interdicatis pꝛopꝛia p̄cepta: quatenus ſine iuſto vllo diſpēdio noſtris collatoꝛibus inſinuatio legis p̄n̄tis fiat.

¶ Ut litigantes [d] iurent [e] in exoꝛdio litis quia neqꝫ pꝛomiſerunt dare iudicibus neqꝫ dabunt: ⁊ de ſpoꝛtulis [f]. ⁊ vt que [g] iubentur referendarij compleant ⁊ non miſceant ſemetipſos cauſe ⁊ per ſe exequantur. Titulus. v.

☞ Pꝛīcipalis nullus ſpoꝛtulas poteſt exigere vltra modum a lege ſtatutum cōtra faciens ablatum parti reſtituet ⁊ triplum erario nomine pene ſoluet: ⁊ ſi iudex in pꝛedictis vendicādis fuerit negligens. comes rerū pꝛiuatarum ipm̄ coget ad dictā penā ſoluēdam. h. d. Bar.

Idem Augu. Petro pꝛepo.

PResentez legē pꝛoferimus vt ⁊ iudicū puritas appareat: ⁊ nō valeat litigātiuꝫ ſuffragiū [h] circūuenire leges. Jubemus igitur quotiens apud quoſcūqꝫ iudicantes: aut adminiſtratoꝛes lites [i] aut appellationes [k] examinanꝛ: pꝛe omnibus pꝛincipales litigātiū perſonas aut illos ad quos in mediū negociū foꝛte [l] migrauerit p̄ſentia iudicū tangentes ſancta euangelia iurare ꝙ nihil penitus iudicibus aut patrocinij cauſa ipſis vel alij cuicūqꝫ ꝑſone pꝛo hac cā quolibet modo dederūt † aut ꝓmiſerunt: aut poſtea dabunt/ vel ꝑ ſe vel per aliā quācūqꝫ mediam ꝑſonā: exceptis his que pꝛopꝛijs aduocatis ꝓ patrocinio pꝛeſtāt: alijſqꝫ perſonis [m] quibus [n] noſtre leges dari diſpoſuerunt: hec aūt ſeruari p̄cipimus ⁊ in ſacro nr̄o conſiſtoꝛio qn̄ ꝯſultatiōes [o] itromittūtur: vt ſub p̄ſentia ſacri ſenatus memoꝛata ſacra p̄ſtentur. ¶ Si autē vt contingit aliqui litigantiū nequeūt ad iudices venire [p]: tūc iubemus p̄ſentes quidez iurare pꝛedictū iuſiurandum: ad abſentes aūt dirigi ex officijs miniſtrantib⁹ aliquos cum aduerſa parte: vt eis p̄ſentib⁹ memoꝛata ſacramenta ſimiliter pꝛebeātur. Si v̄o mulier fuerit que pꝛopter honeſtatē vite extraneis viris ſe monſtrare non ꝯſueuit: tūc ⁊ abſente aduerſario ex offō miſſos memoꝛata ſuſcipere ſacramēta [q]. Si aūt abeſſe partes in alijs locis [r] cōtingat aut vnam earū: pꝛecipimus abſentez in pꝛouincia in qua degit iuſiurandū modo a nobis dicto ſub geſtis monumētorum apud iudicem pꝛouincie aut apud locoꝝ defenſoꝛez pꝛebere. Jllo videlicet † generaliter obſeruādo: vt ſi qs litigātiū abſens vel pꝛeſens hm̄ōi iuſiurandū pꝛebere noluerit: ⁊ hoc manifeſtetur iudici ꝑ pꝛeſentiam eius [s] actoꝛ quidem caſum actionis: reus autem condēnationem ſuſtineat [t].

☞ Litigatoꝛ penitentia ductus ſi ꝑſonā declarauerit veniam meretur: ſed ille qui dationē vel ꝓmiſſionem ſuſcepit pena hic inſerta punitur: litigatoꝛ autem ſi ꝓbare nequiuerit etiā punieꝛ iureiurādo ab eo pꝛeſtādo qui dicebatur ſuſcepiſſe: ſed periurio poſtea detecto piurus de periurio poſtea eſt puniēdus tutoꝛibus ⁊ curatoꝛibus iuriſiurandi neceſſitate ⁊ pena periculo iminente. h. d. Bar.

¶ Si qs autez ex litigatoꝛibus dixerit ſe dediſſe alicui aut pꝛomiſiſſe ⁊ ꝑſonam declarauerit ⁊ hoc pꝛobauerit: ipſe quidez in euentu litis [v] veniam mereatur. Qui vero accepit [x] aut ꝓmiſſionē ſuſcepit: aut ei pꝛobetur. ſi quidē pecuniaria ſit cauſa qcquid datur triplū [y]: qꝺ v̄o ꝓmittiꝛ duplū a comite rerū pꝛiuatarū [z] exigaꝛ: ⁊ dignitatem ſeu cingulū qꝺ habet in vtroqꝫ caſu amittat. Si autem criminalis ſit accuſatio cōfiſcationē pꝛopꝛie ſubſtantie patiatur ⁊ mittatur in exiliū: qui ꝓpter acceptionē alienuꝫ crimen in ſe trāſponi feſtinauit. Si aūt datum aut pꝛomiſſum litigatoꝛ pꝛobare nequiuerit: iuret perſona que datum aut pꝛomiſſum dicitur ſuſcepiſſe: quia neqꝫ per ſe neqꝫ per aliam perſonā aut accepit aut ꝓmiſſionem habuit: ⁊ hoc pꝛebito ſacramēto [a] ipſe quidē liber ſit. Litigatoꝛ aūt qui non potuit [b] oſtēdere in pecuniarijs qdem cauſis eſtimationē litis a comite rerū pꝛiuatarū exigaꝛ: lite qppe euentū [c] ꝓpꝛiū ſuſtinēte. Jn criminalibus autē cauſis cōfiſcationē ſuaruꝫ rerum ſuſtineat: ⁊ cauſe apud cōpetentes iudices ſm̄ oꝛdinē leguꝫ terminenꝛ. Si autem a litigatoꝛe manifeſteꝛ ꝑſona que memoꝛatum reſu

ſpexerit vt iuret abſente aduerſario: vt. C. d iureiuran. pꝛopter ca. dā. l. ij. Al. ⁊. §. ſimili quoqꝫ mō. ⁊ facit. j. vt nulli iudi. §. neceſſarium. ⁊. C. de offi. diuer. iu. l. j.

r ¶ Locis. ſ. remotis.

s ¶ Eius. iudicis ſcꝫ ⁊ ꝙ lōgiſſime expellantur: vt C. de iurame. calū. l. ij. §. qꝺ ſi actoꝛ.

† Cōcoꝛ. cū hoc tex. c. j. in gl. ſup ꝟ. iuramentū. in me. extra de iura. cal.

t ¶ Suſtineat. h adiunge §. j. eo. in cauſis. ⁊ habebis aut. qꝺ h ſumiꝛ in. C. de iur. calū. l. ij. in pꝛin.

v ¶ Jn euentu litis. parcitur ſpōte cōfitēti. ſic. C. de his q ſe de. l. j. ⁊. ff. de iure fiſ. edicto. ⁊. C. ne tut. vel cura. l. j. ⁊. ff. de re milita. l. non omnes. §. fina.

x ¶ Accepit. ⁊ hoc cōſtat: quia cōfitetur tunc.

y ¶ Pꝛiuatarum. comes palatij erat iſte.

z ¶ Jn vtroqꝫ. ⁊ cuꝫ accepit: ⁊ cum ſtipulatus eſt. Accurſius.

a ¶ Pꝛebito ſacramēto. ſic ſacramētum eſt. ff. de edēdo. p̄toꝛ. §. ſꝫ ⁊ ſi. ⁊ de arbi. ſi d meis. §. arbiter. ⁊. C. de fi. inſtru. l. ſi.

Calūniaꝛ q nō pꝛobat. b ¶ Non potuit. No. q nō ꝓbat calūniari videꝛ ſic. C. de aduo. diuer. iud. l. j. Sed ar. ꝯ̄. ff. ad turpil. l. j. Sol. ibi loquitur in caſibus vbi calūnia nō punitur vt in marito: vt. C. de adul. ꝙuis. ⁊ alijs caſibus not. i ſum. ad turpil. Accurſius.

c ¶ Euentuꝫ. lꝫ incert⁹ ſit vel eſſe poſſit: vt. ff. de peculio. l. qꝺ debeꝛ ſeruo.

† Cōcoꝛ. c. vl. §. vlti. cū glo. ſi extra de iur. calū. qui. §. ē ſup⁹ ex h tex.

tauerit iuſiurādū: tam criminalibus q̄z in pecuniarijs cauſis memorat' ſubiaceat penis. ¶ Si qs autē litigantiū iurauerit non dediſſe aut non ꝓmiſiſſe intra .x. vo menſes poſt ꝓlatam ſniam numerandos oſtendatur[a] dediſſe: memorate pene ⁊ cōtra dantes ⁊ cōtra accipiētes habeant locuz. In cauſis autez que per tutores aut curatores aguntur: ſacramenta quidez tutores aut curatores p̄ſtent[b]. Si qua vero memoratarū penarū locuz habuerit per talia ſacramēta: hāc tutores aut curatores ſuſtineāt[c] nullo ex hoc p̄iudicio generando is qui ſub tutela aut cura eſſe noſcuntur.

☞ Iudices ꝓuidere debēt ne ſportule a litigatorib⁹ illicite exigāt' pena eis iminēte ſi tale delictū vindicare neglexerint. Itē ipſis litigatoribus a quibus ſportule licite exiguntur: lz cōtra exigentes ꝓpria auctoritate reſiſtere. h.d. Bar.

¶ Et hoc quoq̧ precipimus ab omnibus iudicib⁹ tā militaribus q̄z ciuilib⁹ in omni loco nr̄e reipub. cuſtodiri: vt neq̧ magiſtrianis neq̧ p̄fectianis[d] neq̧ alij cuicunq̧ executori ꝯcedāt aliqd amplius a quacūq̧ pſona ſportularū noīe ꝑcipere q̄z nr̄is legibus[e] declaratū eſt: nec ſi ſacramēta noſtre trāquillitatis ꝓferāt iuſſionē. Sed ſi qdez inuenerint aliqd amplius exigentē: licētiā habeāt ⁊ cōprehendere hūc ⁊ includere: ⁊ quadruplū exigere qd̄ plus acceperit: vt ſimplum quidez dānū paſſo reddatur: triplū vo inferatur erario. ¶ Si autez ciuilis aut militaris iudex ſiue interpellet ſeu quolibet mō neglexerit leſuz ſicut diximus vindicare: ex ſua ſubſtātia quadruplū ſm̄ p̄dictuz exigetur modum[f]. Ipſam vo penam exigi iubemus per comitez noſtrarum rerū priuatarū ⁊ competentes iudices: ſi cognouerint aliquos ex ſuis officijs executores ſportularū nomine cōtra noſtras leges aliquid exigere ⁊ hoc neglexerint vindicare: damus licentiā exactis nihil amplius exigentibus q̄z ex noſtra cōſtitutione diffinitū eſt dare: ⁊ ſi quid amplius exigere eos voluerint: licētiam habeant eis reſiſtendi[g].

☞ Iudex vel referēdarius nullum cogere poteſt ad pacta vel trāſactiones faciendas cū aduerſarijs. Et ſi qs coactus hoc fecerit nullum preiudicium ſibi generatur. hoc dicit Ang.

¶ Quia vo lex taz pie memorie patris nr̄i q̄z etiā noſtre[h] tranquillitatis diſpoſuit nullo modo iudices ſuis ſentētijs īſcribere tanq̄z ex imperiali v̄bo ex nō ſcripto ꝓcedēte iuſſum ſit aliquos exhiberi aut preſentari: ſed etiaz[i] ſpectabiles referēdarios nr̄as iuſſiōes ſm̄ qd̄ cōpetit facere manifeſtas: eaſdē leges firmantes iubemus ſpectabiles referēdarios in cauſis quas docēt ſeu referūt ad noſtrā tranquillitatē nullam habere licentiā eos aut adiutores eorū vel p ſe vel per aliam quācūq̧ pſonā tenere aliquē aut ſub fideiuſſoribus facere: aut aliqd exigere: aut cogere tranſactiones aut pacta quedā cū ſuis aduerſarijs exponere[k]: aut quolibet modo ī quacunq̧ pſona vel cauſa ſe permiſcere. Nihil enim aliud facere eos cōcedim⁹: niſi ſolas noſtras iuſſiones in quocūq̧ negocio aut ex ſcripto aut ex nō ſcripto prolatas cōpetentibus: aut deputatis inſinuare iudicib⁹. ¶ Si quid autem preſenti legi ꝯtrariū aliquis eorū preſumpſerit agere: is qdez qui dānum aliquod aut circūuētionē in ſuis reb⁹ pertulerit/ nullum preiudiciū penitus circa ius propriū ſuſtinebit. Qui vero tale aliquid egerit: ex ſua ſubſtantia dānū leſe perſone delatū per cōpetentem iudicem reſtituere cōpellatur: ⁊ ſuper hoc cinguli ⁊ dignitatis ſuſtinebit amiſſionem. Hec autem omnia iubemus non ſoluz in futuris cauſis ſed etiam in his que iam inchoate nondum tamen ſunt terminate ſeruari. ¶ Tua igitur eminētia preſentem legem in perpetuum valituraz edictis ſolēnibus in regia ciuitate propoſitis ad omnium notitiam venire procuret: vt omnes agnoſcant que pro cōmuni eorum beneficio a nobis diſpoſita ſunt.

## ¶ De eccleſiaſticis titulis[l] et priuilegijs alijſq̧ capitulis. Titulus .vi.

☞ Princeps ſacras regulas in ſanctis quatuor concilijs expoſitas confirmat: ⁊ precipit pro legibus obſeruari: ⁊ ſedes ordinat ⁊ diſponit: omniaq̧ priuilegia eccleſijs ⁊ venerabilibus locis indulta confirmat. hoc dicit Bar.

Idem Augu. pre. pre.

De regulis eccleſiaſticis ⁊ p̄uilegijs alijſq̧ capitulis ad ſacroſanctas eccleſias ⁊ reliquas venerabiles domos ꝑtinentibus p̄ſentem proferimus legez. Sancimus igit' vicem legū obtinere ſanctas eccleſiaſticas regulas que a ſanctis quatuor cōcilijs expoſite ſunt aut firmate hoc eſt in nicena trecentorū decez ⁊ octo: ⁊ in cōſtantinopolitana ſanctorū centum quinquaginta patrū: ⁊ in epheſina prima in qua neſtorius eſt dānatus: ⁊ in calcedonia in qua ⁊ eutices cuz neſtorio anathematizatus eſt. Predictarum enī quatuor ſynodorū dogmata: ſicut ſanctas ſcripturas accepim⁹/ ⁊ regulas ſicut † leges obſeruamus[m]. Ideoq̧ ſancimus ſm̄ earū diffinitiōes ſanctiſſimum ſenioris rome papam primum eſſe omnium ſacerdotum[n]: beatiſſimum autem archiepiſcopum conſtantinopoleos noue rome ſecundum habere locuz poſt ſanctam apoſtolicam ſedem ſenioris rome: alijs autem omnibus ſedibus preponatur: per tempus autem beatiſſimum archiepiſcopū[o] prime iuſtiniane noſtre patrie habere ſemper ſub ſua iuriſditiōe epiſcopos prouinciarum datie mediterranee ⁊ dame ripēſis priualis ⁊ dardanie ⁊ miſie ſuperioris: atq̧ pānonie: ⁊ ab eo hos ordinari: ipſum vero a ꝓprio ordinari cōcilio ⁊ in ſubiectis ſibi prouincijs locuz obtinere cum[p] ſedis apoſtolice ro

Suſtinere.

† Cōcor. c. vi. cū gl. vi. extra de ſecū. nup. ⁊ in c.j. de noui ope. nūcia.

a ¶ Oſtendat' dediſſe. ſpeciale eſt hic vt piuriū arguat': q2 a iudice delatuz fuit ſacramentum. ſic. ff. de iureiuran. admonēdi. al's contra. vt. C. de reb⁹ credi. l.j.

b ¶ Preſtent. vt. C. de iureiuran. ꝓpter ca. l.ij. ſ. ſinautem.

c ¶ Suſtineant. vt. ſ. de trien. ⁊ ſemiſ. ſ. ſtudiū. in fi. ⁊. C. vnde vi. l. meminerint. in fi.

d ¶ Prefectianis. generaſunt executorū: vt innuit litera ſequens.

e ¶ Legibus noſtris. ſed quibus noſtris cuz nulla dicat: ſed omnes dicūt vt iſta faciētes de alijs mentionē: vt. ſ. de man. prin. ſ. deinde. coll. iij. et. ſ. vt iudi. ſine quoquo ſuff. ſ. volumus. colla. ij. ⁊. j. vt diffe. iudi. ſ. fi. Dic ergo ꝙ has leges de quib⁹ hic fit mentio nō habemus. Uel dic earum ſenſus eſt talis: vt dicit'. ſ. de iudi. ſ. nullo. in clericis autez hodie certe ſportule conſtitute ſunt: vt. j. de ſanc. epiſco. ſ. ſportularū. ⁊ de his dices vt dixi inſtitu. de actio. ſ. tripli. Accur.

f ¶ Modum. et ſic iudex tenet': vt. ff. de dā. infec. l. iiij. ſ. in eum.

Priuato dat' reſiſtēdi facl'tas.

g ¶ Reſiſtendi. Not. dari priuato licentiam reſiſtēdi: vt. C. de iure fiſci. l. ꝓhibituz eſt. ⁊. C. de appel. l. quoniam.

h ¶ Etiā noſtre. iſte leges erant in primo libro. C. q fuit ante illū quem habemus vt in nouellis co. ti.

i ¶ Sed etiam. ſm̄ dictuz predictarū legum q̄ duo dicebant.

k ¶ Exponere. vt. ff. de lega. j. l. hmōi. in fi. ꝯ. ſz ibi nō ē pactū vel trāſactio: q2 nec adinuicē habebāt rixam: lz vn⁹ vna actione alius alia rem peteret a quodam tertio: ꝓterea ibi erat iudex competēs. hic non.

Titul⁹ varia ſignificata hz.

l ¶ De eccleſiaſticis titulis. Titulus. i. dignitas. Itez titulus. i. ſcriptura quedam: vt. C. de his qui po. no. l.j. Itez titulus. i. ſubſcriptio que ſic vulgo appellat'. Itez titulus. i. priuilegium. et ſic hic accipitur: ⁊ quod ſubijcit ⁊ priuilegijs. ⁊ ꝓ id eſt priuilegijs ⁊c.

Canones ꝓ legibus obſeruari debent.

m De regulis eccleſiaſticis. Obſeruam⁹. No. canones pro legibus obſeruādos vt hic. ⁊. ſ. quomō opor. epiſco. ſ. j. ⁊. ſ. ſed ēt ſic. ⁊ de mona. ſ. fi. ⁊. ſ. ſi vero relinquens. ⁊. ſ. vt cleri. apud ꝓ. epi. ſ. fi. ⁊ ꝓpter hoc cū canones dicāt ꝓhiberi vſuras intelliguntur p. l. ꝓhibite. In hac opinione fuit dn̄s meus Azo. nec obſtat ꝙ dicūt quidā alij hic confirmari tm̄ illos canones q ſūt de quatuor concilijs. naz in illis etiā cōcilijs ꝓhibite ſunt vſure: vt ī niceno. vt. xlvij. diſt. c. quoniam. ꝓterea ſi nullus canon diceret: nec hec lex: videt' ꝙ nō poſſunt q2 ſunt ꝯ legē dei. ⁊ inferior non pōt legez ſuperioris tollere: vt ff. de arbi. nam magiſtratus. ⁊ ad trebel. l. ille a q̄. ſ. tempeſtiuū. Item paulus. durū eſt tibi ꝯ ſtimuluz calcitrare. Preterea cuz hec lex ſit de vltimis iuſtiniani q̄ſi iam cōuerſus hoc voluiſſe videtur. Sed contra. j. de nauti. vſu. ſed illud ſpeciale eſt in nautico fenore. Itē cōtra. j. co. ſ. ſi autē diſtulerit. Sol. ibi ſpeciale fauore vltime volūtatis ⁊ ad pias cauſas.

Inferior ſuperioris legē tollere nō pōt.

n ¶ Sacerdotum. vt. ſ. vt ro. ec. cen. an. ha. pre.

o ¶ Archiepiſcopū. ⁊ patriarcham.

p ¶ Eum. ſcilicet archiepiſcopum.

UNIVERSIDAD DE HUELVA 2010

a ¶ Suſtinere. hoc idem erat iure codicis: vt. C. d ſacroſanc. eccle. l. placet. ⁊. l. neminē. ⁊ de epiſco. ⁊ cleri. l. ij. Jtē ad pontes ⁊ ad ſimilia cōferebant: vt hic ſubijcit. ⁊. C. de ſacroſan. eccle. ad iſtructionē.
b ¶ Reparatiōis. pōtiuꝫ.
c ¶ Venerunt. forte p ſucceſſionem.

Priuilegiū heredibus daē q̄ð defuncto nō cōpetebat.

d ¶ Sancimus. Not. priuilegiū dari heredibus quod defuncto non cōpetebat: ſic econtra heredibus non datur q̄ð defuncto dabat: vt. C. de puile. do. l. j. ſed regulariter heres etiam priui. defuncti vti debet: vt. ff. de iur. fiſci. l. fiſcus. que eſt argu. cōtra. ⁊ facit. C. de ſacroſan. eccle. l. pe. in fi. ⁊. C. de impo. lu. de. l. j. lib. x.
e ¶ Lucratiuorum. mos erat ⁊ lex q̄ ſi curialis donabat aliq̄d eccl'ie quarta eius dabatur curie q̄ð hec lex tollit. et. d. l. C. de ſacroſanc. eccle. l. penul.
f ¶ Quadraginta. niſi in caſibus: vt. s. vt cum de ap. co. §. ſi vo liberis. col. viij. cōtra. ⁊. j. de ſan. epiſco. §. ſi quis rapuerit. in p'n. Accur.
g ¶ Annoꝝ. q̄d ſi eccl'ia ꝯ priuatum velit ſe tueri? R̄n. eo mō ſe tuebit quo ⁊ ali⁹ p'uatus: nec obſtat q̄ð eſt in. ff. q̄ð q̄ſq; iur. l. j. q: ex liberalitate non p impetratione fuit eccl'ie cōceſſum: vt in eo. titu. l. iij. Jtē q̄d ſi eccl'ia ꝯ eccleſiam: R̄n. quadraginta an. ſm Joā. arg. cōtra. ff. qui. ex cau. ma. l. vlt. ⁊. ff. de mi. l. veruꝫ. §. penulti. nec obſtat q̄ð eſt in. C. de inoffi. teſt. l. in arenaꝫ. ibi em turpitudo eſt impedimēto. Jtē nōne hec ſuperflua eſt p illā. s. hec cōſti. inno. cōſti. R̄n. non q: in ea nihil d' de pſcriptione x. vel. xx. an. ſed. xxx. tm q ad. q̄l. reducit. Jtē q̄d de redhibitoria ⁊ quāto minoris ⁊ ceteris ſilib⁹: dic q̄ remanent in ſuo ſtatu: vt. s. hec conſti. in fi. Sed nūquid reſtituit eccl'ia cū vſucapio et cetere minores preſcriptiōes currāt contra eam: R̄n. ſic vt minoꝝ ſm oēs. Sed vſq; ad q̄ð tempus. R̄n. q̄dam dicunt vſq; in infinitū: alij vſq; ad quadrienniuꝫ ex quo leſa eſt.

Turpitudo actōꝫ tollit.

h ¶ Aut monaſteriū. ideꝫ in qualibet eccl'ia: vt. s. d mona. §. j. ⁊. s. vt nullus fabri. ora. do. §. j. col. v.
i ¶ Subiacentibus. Not. nō licere ſacra miniſteria fieri niſi in eccleſijs: licet orare al's quis poſſit al's domus pdit vt hic. et. s. vt in prīua. do. §. j. et. ij. ⁊ C. de here. gcunq; §. vni⸗

† Cōcor. cū hoc ter. ca. ad audientiā. j. ij. extra de eccl'. edifi.

Sacra miniſteria in eccl'ijs fieri debent.

me ſm ea que diffinita ſunt a ſanctiſſimo papa vigilio. Simili q̄ꝫ modo ius pontificis quod epiſcopo iuſtiniane carthaginis africane ciuitatis dedim⁹ ex quo deus hanc nobis reſtituit ſeruari iubemus. Sed ⁊ alie ciuitates ⁊ carū epiſcopi quibus in diuerſis locis metropoliticum ius preſtituꝫ eſt huiuſmodi priuilegio in ppetuuꝫ potiantur: omnia priuilegia vel ſolatia que ex imperiali munificentia: aut etiam alio quolibet modo ſanctiſſimis eccleſijs aut alijs venerabilibus domibus et locis collata ſunt / firme eis per omnia conſeruentur.

☞ Eccleſie habeant īmunitatē a ſordidis ⁊ extraordinarijs muneribꝫ: exceptis his q̄ pertinent ad refectionem ⁊ reedificationē itinerū viarum ⁊ ſimilium: ⁊ libere ſunt a lucratiuoꝝ deſcriptione. Bar.

¶ Ad hec ſancimus omniū ſanctarū eccleſiarum ⁊ omnium venerabilium domorū poſſeſſiones neq; ſordidas functiōes neq; extraordinarias deſcriptiōes ſuſtinere[a]: tamē itineris ſternēdi aut pontiū edificij vel reparationis[b] ſi opus fuerit ad inſtar alioꝝ poſſeſſoꝝ huiuſmodi opus ⁊ ſanctas eccleſias ⁊ venerabiles domos cōplere dum ſub illa poſſidet ciuitate ſub qua tale fit opus. ¶ Si que vero res ex curialium ſubſtātijs ad quālibet ſacroſanctā eccleſiaꝫ aut aliaꝫ venerabilem domū ſm leges venerunt[c] / aut poſtea venerint / liberas eas eē ſancimus[d] deſcriptione lucratiuorum[e].

☞ Omnes pſcriptiones. xxx. an. aduerſus priuatos currentes in eccleſijs ad. xl. an. extenduntur: hoc obtinente ⁊ in legatorum ⁊ hereditatū exactione: ⁊ ad pias cauſas relictorum. Bar.

¶ Pro temporalibus autē preſcriptiōibus. x. ⁊. xx. ⁊. xxx. annorum ſacroſanctis eccleſijs ⁊ alijs vniuerſis venerabilibus locis ſolam quadraginta[f] annorum[g] preſcriptionem opponi precipimus: hoc ipſo ſeruando ⁊ in exactione legatorum ⁊ hereditatuꝫ que ad pias cauſas relicte ſunt.

☞ Monaſteriū ⁊ oratoriuꝫ p epm oratiōib⁹ ⁊ cruce ibi fixa incboari debēt: ⁊ ipſi fabricatores ⁊ eorum heredes cōpellendi ſunt adimplere. b. d. Bar.

¶ Si quis autē voluerit fabricare venerabile oratoriū aut monaſterium[h]: non aliter incboandam fabricam niſi locoꝝ ſanctiſſimus epiſcopus † oratione ibi fecerit ⁊ venerabilem fixerit crucē. Si vero ſemel ceperit aut nouā edificare baſilicaꝫ aut veterē renouare: modis omnibus compellatur a beatiſſimo locorū epiſcopo ⁊ economis eius ⁊ ciuili iudice eam explere: ⁊ ſi is diſtulerit / hoc moriente heredes eius opus incboatum adimpleant.

☞ Qui in domo vel ſuburbano predio eccleſiaſticū miniſteriū celebrare preſumpſerit: aut alij celebranti conſenſerit ſine clericis dñiꝫ amittit ⁊ eccleſie applicat: ſed ſi dño rei ignorante aliq̄s permiſerit: ipſe dꝫ puniri ⁊ non dñs. b. d. Bar.

¶ Si qs in ſua domo aut i ſuburbano eccleſiaſticū miniſterium miniſtrare preſumpſerit: aut alijs celebrare cōceſſerit ſine clericis ſanctiſſimo locorum epo ſubiacētibus[i] iubemus hanc domuꝫ aut ſuburbanuꝫ aut prediuꝫ vbi tale aliq̄d delinq̄tur locis illi⁹ ſanctiſſime eccl'ie vēdicari per deo amabileꝫ epm ⁊ economū eius ⁊ ciuileꝫ iudicē locoꝝ. ¶ Si vo † neſciēte locorū domino eius curatores aut cōductores aut emphyteote cōtrarium aliquid exerceri pmiſerint dñm quidem loci nullum preiudicium aut diſpendiuꝫ ſuſtinere: eos autem qui hoc fecerint aut fieri permiſerint ex puincia vbi hoc cōmiſſum eſt expelli[k] rebus eorum loci illius ſanctiſſime eccleſie vendicandis.

☞ Legatum vel hereditas relictū ſimpliciter ſub nomine magni dei debet eccleſie illi⁹ ciuitatis vbi teſtator habet domicilium. hoc dicit Ange.

